



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

339. An in ingressu, vel egressu clausuræ Monialium detur parvitas  
materiæ? Idem est de fæminis ingredientibus claustra Religiosorum. Ex p.  
5. t. 5. r. 22.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

# De Dubiis Regul. Ref. CCCXXXVIII. & c. 231

Sanchez tenet Faustus in *Thef. Relig.* l. 6. q. 163. Miranda de *Monialib.* q. 4. art. 4. Barbola de *potest. Episc.* p. 3. alleg. 102. n. 20. Bonacina de *Clausura.* q. 1. punct. 9. n. 18. & alij penes ipsos.

## RESOL. CCCXXXVIII.

An Monialis, quae se ponit in Rota, & facit eam volente in partem externam, ad quam saeculares accedunt, frangat clausuram, & incidat in poenas etiam si non egrediatur e rota?

Idem dicendum est, si Monialis staret in solo ostij partim intra, & partim extra Clausuram.

Sed difficultas est, an ratione paruitatis materia possit Monialis excusari a poenis, & peccato mortali; si vtroque pede, & toto corpore egrediatur, etiam si ad vnum, vel duos palmos tantum ianuam sit egressa?

Quod idem queritur de saecularibus etiam Monasteria Monialium ingredientibus. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 52.

§. 1. Affirmatiue respondent Comitulus in *Ref. post.* l. 6. q. 3. & Portel in *dub. regular. ver. Clausura Monialium.* r. 24. Ratio est, quia haec accessit ad locum, ad quem saeculares accedunt, quod expresse prohibetur in Bulla Gregor. XIII. ergo &c.

2. Sed ego contrarium sententiam puto esse veriorum, quam tenet Bonacina q. 1. punct. 8. n. 1. & hoc ratione paruitatis materiae, sicut si Monialis staret in solo ostij, quia ostij, ut docet glossa in *cap. cum sancta, de poenit. dist. 6.* est partim intra, partim extra clausuram, & in hanc sententiam inclinatur Saech. in *sum. 10. l. 1. c. 16. n. 70. in fine.*

3. Difficultas est, an etiam ratione paruitatis materiae possit Monialis excusari a poenis, si vtroque pede, & toto corpore egrediatur, etiam si ad vnum, vel ad duos

tantum palmos ianuam sit egressa, quod etiam queritur de saecularibus Monialium Monasteria ingredientibus, nam eadem est ratio? Respondeo supradictam Monialem clausuram perfecte violasse, cum talis sit verus extra clausuram egressus sufficiens ad culpam lethalem, & ad censuras incurendas; secus autem, si Monialis sub ostio clausurae existat vno pede extra ianuam extenso, & altero intra ianuam retento, tunc enim a mortali excusaretur ratione paruitatis materiae. Ita Sanchez & Bonacina vbi supra.

4. Non reticebo tamen aliquos Doctores docere etiam Monialem, quae extra ianuam clausurae limites terminantem, ambobus pedibus se transtulit ad vnum, vel duos palmos, non peccare mortaliter propter materiae paruitatem. Et ita docent Graffius in *decis. p. 1. l. 4. c. 23. n. 25.* & de *cas. refer. c. 5. n. 44.* & Naldus in *leg. sum. ver. clausura.* n. 4.

## RESOL. CCCXXXIX.

An in ingressu, vel egressu Clausurae Monialium detur poenitentia materia?

Idem est de feminis ingredientibus Clausura Religiosorum. Ex p. 5. tr. 5. Ref. 22.

§. 1. Respondeo affirmatiue, & ita docet Naldus in *summa ver. clausura.* n. 1. vbi sic ait: Non omnis habitatio Regularium constituit clausuram, aut Monasterium, ut patet in Infirmarys aut in locis, in quibus hospitij, vel negotiorum causa degunt aliquot Regulares, vel etiam in Monasteriis adhuc in fieri existentibus, & propterea nec ibi erit violatio clausurae. In minimo autem violata clausura excusatur a mortali, puta ingressus ad duos pedes, & statim regrediens, non violaret illam.

2. Sed haec non admittit in totum Homobonus de *Bonis in consult. moral. tom. 1. p. 4. ref. 61.* Quando enim Tom. VII.

vtrouque pede, & toto corpore ingressus est, etiam si ad vnum, vel duos tantum palmos ianuam introierit, hic enim clausuram perfecte violauit, cum sit completa transgressionis ratio; secus si vno tantum pede sit ingressus. Et idem Sanchez in *summa.* tom. 2. l. 6. c. 16. n. 70. ita asserit. Infertur transgredientes clausuram modico ingressu excusari a culpa lethali, & a censuris in transgressores latis, quia modicum ab his excusare solet. Sic Graffius 1. part. *decis. lib. 4. cap. 23. n. 25.* quod quidem verissimum est. Atque eadem ratione idem dicendum de modico Saecularium egressu ex clausura, hoc autem modicum existimat Graffius; quando duos solos pedes esset intra portam clausuram, atque idem diceret de ingressu; sed id non credo, quia cum hic sit verus intra clausuram ingressus, vel ex ea egressus, sufficiens est ad culpam lethalem, & censuras incurendas, nec modicum reputatur, quando perfecta transgressionis ratio in illo reperitur. Vnde optime dixit Lælius Zechius in *cas. refer. cas. 10. n. 1.* consistente in solo ostij sito intra claustra subici hiis censuris. Idque probatur quia stans in ostio censetur esse in domo, & incurrit poenas ingredientis domum, ut tradunt Bart. l. 1. §. hoc interdictum, n. vnic. ff. de cloacis, Bald. v. b. paulo post princ. ver. hic adde. ff. solut. matr. Alexand. conf. 137. n. 14. vol. 2. vbi & alios refert. Iaf. l. plerisque, n. 20. limit. 4. ff. de in ius vocando, & idem Iaf. in l. cetera, §. hoc senatus, conf. n. 11. ff. de leg. i. quare modicum in hoc ingressu, & egressu existimat, quando haec non sunt perfecta, & conlummata sed femiplena, quia nimirum pars corporis est intra, pars autem extra, nec aliquid refert, an maior corporis pars sit intra, aut extra, dum enim totum corpus non est intra, aut extra, non sunt perfecti ingressus, egressus, ut culpa lethali, & censuris subdantur. Quae obrem nec conferent comprehendere, qui est in ostio quia ostium est partim intra, partim extra clausuram. Hucvique Sanchez, cui tandem adde Lopez de Texeda in *contr. tom. 1. l. 2. tr. 1. contr. 14. dub. 1. n. 1.* haec asserentem. Neque etiam clausuram violare ceteri debent Moniales, quae exeuntes cum medio corpore vno pede posito cum corporis mediate extra locum a Pontifice pto clausurae determinatum, retinendo tamen alterum intra illum cum altera corporis mediate, quia terminus clausurae Monialibus determinatus a Pontifice non physice, nec metaphysice, sed moraliter accipiendus est. Vide etiam Antonium Fernandez in *instruct. Confess. p. 2. c. 5. n. 13.* & Rodriq. in *quast. reg. 10. l. 9. art. 7.*

3. Sed non desinat hic adnotare sententiam nostri amicissimi Patris Naldi ex parte approbare Merollam tom. 1. disp. 1. c. 2. diff. 7. n. 502. nempe esse modicum ingressum, quando per duos solos pedes quis esset intra portam clausuram, quia licet ille sit verus, & perfectus ingressus, tamen est in parua materia, sicut quamuis furtum vnius argentei sit verum, ac perfectum furtum, non tamen sufficiens est ad peccatum mortale, & incurrendas censuras latas contra furantes. Hoc tamen limitarem ut intelligatur, quando cum eo modico ingressu coniungatur paruitas mora intra Monasterium; secus vero si mora esset diuturna: seu notabilis, & hoc quod diximus de violentibus clausuram Monialium modico ingressu, dicendum est etiam de feminis ingredientibus claustra Religiosorum, quando ingressus est modicus, modo explicato, & de Monialibus violentibus clausuram modico egressu, quia militat eadem ratio.

## RESOL. CCCXL.

Alicubi visa est Monialis super regulas Monasterij, quasterunt a me per literas, an frangeret clausuram? Ex p. 5. tr. 1. 3. & Misc. 1. Ref. 88.

§. 1. Et respondi negatiue, adducendo casum in terminis, ut dici solet, terminantibus, apud Lopez de Texeda

Et pro ingressu contento a lin. 35 huius §. Sed haec in to. 5. tr. 1. ex Ref. 83. lege doctrina §. veru, vique ad §. vit. ex clausura, & signanter in §. Remanet, & in §. 5. postea 10. annor. predicti §. verum.

304 988  
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

305 988  
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

306 988  
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.